Conceditur potestas parochum una vice praesentandi.

hemiae vigore juris patronatûs, quod ad nos ut Regem Bohemiae in ipsa Parochiali Ecclesia Gorlicensi pertinet, provido Magistro Civium, Consulibus juratis et toti Communi, toti Civitatis Gorlitz damus et concedimus facultatem, potestatem, auctoritatem generalem ac speciale mandatum virum unum idoneum una vice duntaxat ad dictam Ecclesiam, quam primum eam vacare contiget nostro nomine praesentandi et petendi institui. Ideo dicto Magistro Civium, Consulibus et Communitati injungimus, committimus et mandamus, ut quam primum vacationis dictae Ecclesiae casus eveniet idoneum virum ad ipsam ei ad quem institutio spectat nomine nostro praesentent ac institui petant, faciantque cum servatis Ceremonijs consvetis in plenam et pacificam possessionem Ecclesiae praedictae induci